## SANCTI PROSPERI AQUITANI LIBER EPIGRAMMATUM

### Praefatio mi 498

Dum sacris mentem placet exercere loquelis
caelestique animum pascere pane iuvat,
quosdam ceu prato libuit decerpere flores
distinctisque ipsos texere versiculis,
ut proprias canerent epigrammata singula causas,
et pars quaeque suo congrueret titulo.
Nec nostrae hoc opis est, sed ab illo sumitur hic ros,
qui siccam rupem fundere iussit aquas,
ut quod in affectum cordis, pietate magistra,
venerit, hoc promat carmine laeta fides.

---

**praef. 8** *cf.* Ex. 17,6 percutiesque petram et exibit ex ea aqua ut bibat populus

---

**praef. 1** sacris … exercere] Provid. 410 cunctos in caeli pane sapores **3** Lucr. 1,927sq. iuvat integros accedere fontis atque haurire, iuvatque novos decerpere flores **7** nec … est] Verg. Aen. 1,601 non opis est nostrae **8** siccam … aquas] Paul. Nol. carm. 15,38–40 solidam solvisti in flumina rupem et terram sine aqua subitis manare fluentis iussisti; Provid. 411 siccae rupis aquam; Verg. Aen. 5,180 siccaque in rupe resedit | fundere iussit aquas] Claud. carm. min. 26,86 **9** Provid. 615 ratione magistra; Ingrat. 260 bonitate magistra; Stat. Ach. 1,105 pietate magistra; Drac. laud. dei 3,546 pietate magistra; Avien. orb. terr. 868 musisque magistris; Ven. Fort. carm. 4,1,21 pietate magistra

---

*$P_2 L_1 P_1$ β ($β_1$ ($An_1 M_2$ Mp) $β_2$ ($An_2$ Ch)) δ ($δ_1$ (Co $H_1$ $Tr_1$ $Tr_2$ U) $δ_2$ (F $H_2 P_7 L_3$ Ca $V_2$ Er Or)) γ ($P_3 P_4 P_5 L_2 P_6 P_8 M_1 E_1 E_2$) ε (W $G_1$ La) B R edd. (gl ald mm) | desunt tit. Ch (exc. tit. 1,2,16,25,34,65,95) gl ald | desunt sent. $P_2 L_1$*

---

sancti … epigrammatum] incipiunt capitula libri epigrammatorum sancti Prosperi. praefatiunculae versus decem *$P_1$* (sequuntur capitula); liber de vera innocentia *$L_1$*; liber beati Prosperi de epigrammatis *$An_1$*; liber Prosperi sanctissimi *$An_2$*; epigrammata Prosperi eruditissimi ab Augustino deflorata *$Tr_1$ $Tr_2$ $P_7$*; epigrammata Prosperi viri eruditissimi ex dictis beati Augustini deflorata *$P_4$* (beati *om.*) *$P_5$*; epigrammata Prosperi viri eruditissimi Augustini deflorata *Co F $L_3$* (viri *om.*) *$P_3 L_2 P_6 M_1$*; epigrammata Prosperi viri eruditissimi hexametro et pentametro degesta ex opusculis sancti Augustini deflorata de similitudine versuum floribus *ε*; epigrammata Prosperi hexametris pentametrisque degesta ex opusculis sancti Augustini deflorata *$E_1$*; liber Prosperi *Er $E_2$*; epigrammata Prosperi viri eruditissimi ex dictis Augustini episcopi deflorata *$H_1$*; liber sancti Prosperi primum laici deinde regensis episcopi *$H_2$*; Prosperi aquitanici epigrammata super divi Aurelii Augustini sententias quasdam exarata *ald*
**praef., tit.** praefatio *$M_2$ Mp $P_3 P_4$*; praefatio libri epigrammatorum (epigrammatum *$P_2$*; sancti *add.* *$P_1$*) Prosperi *$P_2 L_1 P_1$*; praefatio epigrammatum Prosperi quorum materiem defloravit ex dictis suis receptoris beati Augustini *Ca*; praefatio sancti Prosperi in epigrammata sua super dicta sancti Augustini capitula numero CVI *U*
**praef. 1** *tr. post* 3 *R* | dum] cum *B* | mentem] animam *$P_3 P_4$* (*ac.*); animo *$E_2$* ‖ **4** distinctis *F* | traxere *$P_3$* (texere *vl.*) ‖ **5** canerent proprias *tr.* *$V_2$* ‖ **6** et] ut *W* (*ac.*) *$G_1$* | congrueret *sl.* *$P_3$* ‖ **7** nostrum … opus *U ald* | hoc] hac *$P_4$* (*ac.*) | est *sl.* *$G_1$* | illo] ille *$P_2$* ‖ **8** qui] cui *$V_2$* | rupim *δ* (*exc.* *$Tr_1$ $Tr_2$ $L_3$ Ca Er Or*; *ac.* *$H_1$*) | aquam *Ca $G_1$*; aqua *W* (*ac.*) ‖ **9** quid in affectu *gl* ‖ **10** venerat *U $V_2$*

## 1. De vera innocentia mi 499

Innocentia vera est quae nec sibi nec alteri nocet, quoniam *qui diligit iniquitatem, odit animam suam*. Et nemo non prius in se quam in alterum peccat.

Perfecte bonus est et vere dicitur insons,
    nec sibi nec cuiquam quod noceat faciens.
Nam quicumque alium molitur laedere, primum
    ipsum se iaculo percutiet proprio.
Et cum forte animum non sit secutura facultas,
    non dubium in cordis viscere vulnus habet.
Nec fugit infecti sceleris mens prava reatum,
    cui nimis hoc solum quod voluit nocuit.

## 2. De hominibus diligendis

Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligantur errores, quia aliud est amare quod facti sunt, aliud odisse quod faciunt.

Naturae quisquis propriae non spernis honorem,
    in quocumque hominum quae tua noscis ama;
sic tamen, ut pravos vitet concordia mores
    nullaque sint pacis foedera cum vitiis.

---

**1 sent.** = 𝔖 1 = 𝔓 100,2 ll. 20–22; *cf.* Aug. in psalm. 100,4 | qui…suam] Ps. 10,6
**2 sent.** = 𝔖 2 = 𝔓 100,3 ll. 31sq.

---

**2 epigr. 1** naturae…honorem] Provid. 272 suae tantum naturae discat honorem; Ingrat. 608 ex primo naturae habeantur honore

---

$P_2 L_1 P_1 \beta (\beta_1 (An_1 M_2 Mp) \beta_2 (An_2 Ch)) \delta (\delta_1 (Co H_1 Tr_1 Tr_2 U) \delta_2 (F H_2 P_7 L_3 Ca V_2 Er Or)) \gamma (P_3 P_4 P_5 L_2 P_6 P_8 M_1 E_1 E_2)$
$\varepsilon (W G_1 La)$ *B R edd.* (*gl ald mm*) | *desunt tit. Ch(exc. tit. 1,2,16,25,34,65,95) gl ald* | *desunt sent.* $P_2 L_1$

---

**1 tit.** de] quae sit 𝔖* *mm*; August. *praem. Ca* (August. *vel* Augustinus *vel* Augustini *semper ante tit. usque ad epigr. 61*) ‖ **sent. 1** noceat *ε* ‖ **2** non *sl.* $P_3 P_5$ | in se *om. B* (*ac.*) | alteram $H_1$ (*ac.*) | peccat *tr. post* prius *Or R*; peccat *tr. post* se $An_2$
**epigr. 1** Prosperi *praem.* (*sic semper ante epigr.*) *Ca* ‖ **2** nocet $G_1$ (*pc.*) ‖ **4** percutiat *ε* ‖ **5** secŭtura; sequitura $P_2$; secunda *Er*; secura $P_4$ (*ac.*) *La* (*ac.*); secuta *ald*; subitura *coniecit mm* ‖ **6** non] nec *La* | in *exp. Ca* | habent *Ca* (*pc.*) ‖ **7** nec] non *Co* (*pc.*) *Ca* ‖ **7sq.** *om.* $M_1$ (*ac.*) ‖ **7** infectis $M_2$ (*ac.*) rectum *La* (*ac.*) ‖ **8** cui] qui $L_2 P_6$ | nocuit quod voluit *tr.* $E_1 E_2$ | voluit] noluit *gl*
**2 tit.** *deest in Or*; *om. Ch* (*ac.*); de vera diligentia $An_2$ | diligendis hominibus *tr.* $V_2$ *Er* ‖ **sent. 1** errores eorum non diligantur *tr.* 𝔖* *ald* | quia *mg. W* ‖ **2** sunt facti *tr. Er* | sunt] et *add.* 𝔖* *δ* (*exc. Ca* $V_2$ *Er Or*) *mm* | aliud] est *add.* 𝔖* *Ch δ* (*exc. U* $H_2 P_7$ *Ca Er*) $P_3 P_4 P_5 L_2$ *ε edd.* | faciunt] facti sunt $P_6$ (*ac.*)
**epigr. 1** quis $P_6$ (*ac.*) | proprio $P_1$ (*ac.*) ‖ **2** noscis] nos $P_1$ (*ac.*) | amor $E_2$ ‖ **3** sic] si $P_7$ | vitet pravos *tr.* $E_1$; vita pravos $E_2$ | pravas $V_2$ | nitet $G_1$ (*ac.*) ‖ **4** nulla quia *F* (*ac.*)